**propompicos**

Diom. GL I 479. 17 sqq. bacchius, Oenotrius, tripodians, quem Graeci pariambum dicunt. constat ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut ‘Agenor’, ‘Athenae’, dictus παρὰ τὰς βάκχας, quia bacchantibus convenienter conponebatur. huic contrarius est palinbacchius, Latius, qui et Saturnius, ultimibrevis, quem quidam propompicon, alii theseleon vocant. constat ex duabus longis et brevi temporum totidem, ut ‘natura’, dictus, quia contrarius est bacchio. apud Graecos enim πάλιν contrarium significat, adeo παλίντονα τόξα.

[*V.V.*]